Nr. 2732.

CURRENDA X.

A. D. 1875.

Nr. 1892.

Commendatio precibus piis p. d.

JOSEPHI GREGORII WOJTAROWICZ

anteacti Eppi Tarnoviensis † 31. Maji 1875 Cracoviae.

Haud dubie e novalibus publicis jam novistis Fratres Venerandissimi! quod Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus, Dominus Josephus Gregorius Wojtarowicz, Episcopus quondam Tarnoviensis per annos decem, ab anno 1840 — 1850 ultimos dein vitae dies Cracoviae agens, die 31. Maji h. a. vespere supremum diem obierit, et die 3. Junii sepultus ibidem fuerit.

Quanti vir iste vere pius, vere sanctus, et usque ad extrema — in pauperes et egenos misericors et effusus — ab omnibus habitus fuerit, funeris ejusdem celebratio luculenter monstravit.

Ecce! Duo Episcopi, videlicet: Excellentissimus Episcopus Tarnoviensis, D. Josephus Alojsius Liber Baro Pukalski, et Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus Amathuntinus et Vicarius apostolicus ac Administrator Episcopatus Cracoviensis, D. Antonius de Junosza Gałecki — Capitulorum: Premysliensis, Tarnoviensis et Cracoviensis repraesentantes — ultra 200 Sacerdotes e diversis parochiis et Claustris trium dioecesium — nec non plura millia hominum diversorum statuum et Subselliorum — ad funus ejus celebrandum convenere, et ejus exuvias ad locum requiei pie et religiose deduxerunt.

Nolumus Vobis ejus vitae curriculum in memoriam vocare, novalia publica materiam ejus vobis jam subministrarunt de eo, ubi natus, ubi educatus, quibus muneribus egregie perfunctus, et ubi finem peregrinationis suae exspectans, moratus fuerit.

Quod, mediante hac pagina, ad cor vestrum ponere vellemus, id est, ut ad exemplum Ecclesiae nostrae Cathedralis Tarnoviensis, quae die 15 Junii h. a. devotionem funebralem in solamen et auxilium animae defuncti celebravit, etiam Vos talem celebrationem in parochiis vestris instituere velletis. Plurimi in hac dioecesi sunt Sacerdotes, qui defuncto huic Episcopo diversas gratias et favores debent — ergo e titulo amoris et gratitudinis erga benefactorem similem devotionem instituere deberetis, — memores effati; Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur Vobis! —

Certe cor nostrum amoenissime afficeretur, si per Perill: DD. Decanos relatio ad Nos deveniret, quod plurimi parochorum huic nostrae excitationi benignas aures praebuerint, — et commendata peregerint.

E Consistorio Episcopali Tarnoviae die 18. Junii 1875.

Nr. 862.

Ordinatio Consist. de anteponendis elaboratis pro Jurisdictione nec non 2 saltem concionibus aut homiliis in memoriam revocatur.

Existit ordinatio consistorialis id praecipiens, ut Perillustres DD. Decani mense Majo cujuslibet anni componant, emittantque ad Condecanales nedum 7 annos in cura animarum laudabiliter laborantes... quaestiones aliquot e cura animarum practica, praeprimis ex administratione Sacramentorum, e casibus, etc... et elaborata desuper mense Septembri ad Nos expediant cum sua recensione.

Cum, teste experientia, hujus salvificae ordinationis raro tantum fiat usus, revocamus eam Perill· DD. Decanis pro stricta in posterum observatione, et tempestiva elaboratorum ad Nos immissione in memoriam. Inspice. Cur. IX. an anno 1863. pag. 66. sub. Nr. 1393.

Tarnoviae die 26. Febr. 1875.

Nr. 1307.

Libri prohibiti a s. Congregatione Jndicis.

S. Congregatio Indicis damnavit quaedem opera, quorum titulus sequenti Decreto indicatur :

Decretum.

Feria VI. Die 12. Martii 1875.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio apostolico vaticano die 12. Martii 1875, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera,

Interpretatio Doctorum Chorepiscopi Josephi David et Rmi Josephi Debs auctoris Libri cui titulus :

Spiritus confutationis ; per sacerdotem Aloysium Sabungi Syrum. — Beryti, 1874.

L'Universo, Lezioni popolari di filosofia enciclopedica e particolarmente di astronomia e di antropologia etc. date nelle principali città d' Italia da Quirico Filopanti. — Bologna nov. 1871 — luglio 1874. — Fascicoli 10 in tre volumi in 8. piccolo.

Histoire politique des Papes par. P. Lanfrey. Nouvelle édition revue et corrigée. — Paris 1873.

Del Sangue purissimo e virginale della gran Madre di Dio Maria SS. — Operetta

Dogmatico - ascetica. — Napoli 1863. — Decr. S. Off. fer. IV. die 13. Januarii 1875. — *Auctor laudabiliter se subjecit et Opus reprobavit.*

Del Sangue sacratissimo di Maria. — Studii per ottenere la festività del medesimo, — Perugia 1874. — Eod Decr. — *Auctor laudabiliter se subjecit et Opus reprobavit.*

Iteque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE IX per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 13. Martii 1875.

ANTONINUS CARD. DE LUCA Praefectus.
Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Praed.
S. Ind. Congreg. a Secretis.

Loco † Sigilli.

Die 20. Martii 1875. ego infrascriptus magister Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Philippus Ossani Mag. Curs.

Decretum hoc pro notitia et observatione Venerabili Clero communicamus.

E Consistorio Episcopali Tarnoviae die 14. Aprilis 1857.

Nr. 1317.

Zgromadzenie służebniczek N. P. Maryi dozwolone w Galicyi.

Biskupi Konzystorz Przemyslski udzielił Nam reskrypt Wys. c. k. Namiestnictwa z dnia 14. marca 1875. l. 11931. wydany w skutek rozporządzenia Wys. c. k. Ministeryum kultu i oświécenia z dnia 27. lutego 1875. l. 257. na mocy najwyższéj decyzyi JEGO c. k. Apostolskiéj Mości z dnia 21. lutego 1875, iż zgromadzenie służebniczek N. P. Maryi pod pewnymi warunkami i zastrzeżeniami w kraju koronnym Galicyi dozwolone zostaje. — Jakie zaś warunki i zastrzeżenia postawione, objaśni samo rozporządzenie które w originalnym tekscie umieszczamy:

Vom k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht Wien 27. Februar 1875. Z. 2571. an den k. k. Statthalter für Galizien.

Auf Grund Allerhöchster Entschliessung Ser k. k. u. Apostolischen Majestät vom 21. Februar d. J. wird der Bestand der Genossenschaft der Dienerinnen der sel. Jungfrau M a r i a in Galizien gegen dem genehmiget, dass jede organische Verbindung derselben

mit gleichartigen Genossenschaften des Auslandes beseitiget und den Diöcesan - Bischöfen des Inlandes der denselben auf derlei Institute zustehende Einfluss gewahrt bleibe, dass ferner ausländische Frauenspersonen von dem Vorstande der Genossenschaft erst dann zur Einkleidung in das Noviciat zugelassen werden, wenn sie die österreichische Staatsbürgerschaft erworben haben, dass endlich die Genossenschaft und ihre einzelnen Häuser eine Unterstützung aus irgend einem öffentlichen Fonde nicht ansprechen dürfen und gehalten sein sollen, bei ihrer Wirksamkeit in jeder Beziehung die bestehenden Vorschriften zur Richtschnur zu nehmen.

Z Biskupiego Konzystorza w Tarnowie dnia 15. kwietnia 1875.

Nr. 1649.

Ad sacrificium Missae adhibeantur candelae e cera saltem duae.

Existit lex dioecesana, in fundamento decisionis S. R. Congregationis ex 16. Septembris 1843. emissa, in Cur. II. ex anno 1852, pag: 7. reperibilis, id severe praecipiens, ut ad celebrandum Augustissimum Missae Sacrificium candelae e cera *omnino* adhibeantur, et candelae *Stearin*, *Milli* &c. nonnisi ad ornatum, non autem ad celebrandum, adhiberi licere, semper autem duae candelae e cera tempore Missae ardere debent, et lex haec obligat sub mortali, quia est praeceptiva.

Interim ad nostram pervenit notitiam, quod non tantum laxioris, sed etiam tenerioris conscientiae parochi contra legem hanc eo peccent, quod, posthabita hac lege praeceptiva hinc inde in Ecclesiis ad celebrandum Missae Sacrificium nonnisi candelae Stearin &c. adhibeantur.

Republicantes hanc legem dioecesanam, noviter severissime ordinamus et praecipimus, ut omnes Missam celebrantes sub rigore vindictae divinae huic legi sese accommodent. Rmos D. Decanos admonemus et in Domino obsecramus ut tempore visitationis suae et alias in observantiam hujus legis obtutum suum dirigant, et legem hanc violantes Sacerdotes Nobis indicent.

E Consist. Episcopali. Tarnoviae die 15. Maji 1875.

Nr. 1806.

Collecta in favorem restaurandae Ecclesiae Cathedralis Belluni Terraemotu vastatae instituitur.

Illmus ac Rmus Salvator Episcopus Bellunensis et Feltronsis enixas direxit ad Nos preces, ut instituamus in Dioecesi Nostra piam collectam in favorem vastatae Ecelesiæ Cathedralis Belluni. In ditione montana collectæ institutae parce tantum in favorem vastatarum Ecclesiarum manarunt. Tenor epistolae praefati Eppi auxilium flagitantis est sequens:

Amplitudinem Tuam haud latet, quot aerumnas Bellunensi huic meae Civitati ac Dioecesi, die 29. Junii anni 1873 terraemotus intulerit, quotve inde Ecclesiae divino cultui maxima cum pietatis jactura subtractae fuerint. Quas inter Cathedrale templum, insigne apud Bellunenses religionis atque artis monumentum, miserrime vastatum est; chorus enim cum fornice penitus corruit, subjectumque Sacrarium suis sub maceriis sepelivit; Ecclesiae parietes qua plus, qua minus, quassati ac diffissi non uno in loco periclitantur; caetera denique omnia haud levibus ut reficiantur sumptibus indigent. Ab ipso jam excidii tempore tum Provincialis, tum Civicus **Comitatus**, ut vocant, institutus est, ut oblationes ad ingentia dirutarum aedium damna resarcienda colligeret; in pecuniae vero congestae partitione Ecclesiae omnes, maximo animi mei mœrore, praeteritae sunt. Quas porro ego ipse ex Ven. totius Italiae Antistitibus elemosynas retuleram, magna quidem ex parte in praefatae Cathedralis instaurationem impendi; valde autem multum adhuc deest, ut cœptum reaedificationis opus perficiatur. Enixis ideo precibus Amplitudinem Tuam supplex adeo, ac pro communi qua in Christo devincimur charitate humiliter flagito, ut animi Tui magnitudinem in ejusdem meae Cathedralis Ecclesiae subsidium proferre; atque in eundem finem Tua in Dioecesi collectas indicere: collectam demum stipem remittere digneris **Al Signor Giorgio Tositi, Trieste.** Largitati Tuae retribuat Dominus, apud quem omnia Tibi fausta adprecari non desinam.

Belluni die 14. Januarii 1875.

Amplitudinis Tuae

Humillimus Obseq.[mus] *Servus*

† **Salvator Episcopus Bellunensis et Feltrensis.**

Quodsi itaque quipiam e Venerabili Clero sive a se ipso sive a Parochianis ex occasione Jubilaei stipem sit erogatirus, mittat illam ad Consistorium Nostrum.

E Consistorio Episcopali Tarnoviae die 26. Maji 1875.

Nr. 1882.

Delegat Ordynaryatu przy rozprawach konkurencyjnych ma głos stanowczy.

Z powodu zaprzeczenia przez c. k. starostwo w N., prawa udziału delegatowi ze strony Ordynaryatu przy rozprawie konkurencyjnéj, wydało W c. k. Namiestnictwo następujące rozporządzenie, z którego się okazuje, że przy każdéj rozprawie konkurencyjnéj delegat Ordynaryatu ma głos stanowczy:

Odpis rozporządzenia c. k. Namiestnictwa z dnia 17go Maja 1875 L. 23376. — Do Pana c. k. Starosty w N.

Na zażalenie Tarnowskiego biskupiego konsystorza uchyla c. k. Namiestnictwo orzeczenie Pana c. k. Starosty z 11go lutego b. r. l. 1448. którem uznano że biskupiemu

Ordynariatowi, przy rozprawie konkurencyjnéj celem restauracyi budynków parafialnych w N. nie przysługa prawo z głosem decydującym, ponieważ w danym wypadku Ordyna riat nie konkuruje do kosztów reparacyi, i uznaje c. k. Namiestnictwo, że stósownie do ustępu 3go §. 16. ustawy o utrzymaniu budynków kościelnych z 15go sierpnia 1866. Ordynariat, również jak paroch, patron, każdy obszar dworski i reprezentant każdéj z gmin, przy rozprawach konkurencyjnych ma głos stanowczy, bez względu na to czy w danym razie przyczynia się lub nie do pokrycia kosztów zwłaszcza, gdy ewentualne użycie majątku zakładowego kościelnego na budowle tylko w porozumieniu z Ordynaryatem nastąpić by mogło. W wypadkach gdzie istnieją specyalne fundusze na pokrycie wszystkich kosztów budowli, nie ma potrzeby przeprowadzać rozprawy ze stronami, i potrzebne porozumienie się z Ordynaryatem może nastąpić bezpośrednio. — Przedłożony sprawozdaniem z z 4go Maja b. r. l. 4468. akt tamtejszy l. 1448. zwraca się do dalszego zarządzenia i zastósowania się do dawnych wskazówek, które zresztą zastósowane są w praktyce w całéj Galicyi.

Wielebnemu Duchowieństwu do wiadomości.

Z Konzyst. bisk. W Tarnowie dnia 5. czerwca 1875.

Nr. 2002.

Attestatum de receptione collectionum piarum in Dioecesi Nostra institutarum.

Accepimus litteras fidem facientes super receptis quotis e collectionibus piis in Dioecesi manantibus a respectivis, et quidem:

1mo. Ab Illmo ac Reverendissimo Ordinariatu Archiepiscopali Vindobonensi super: 150 flr. V. A. pro fundatione Leopoldina fine promovendarum s. missionum in America septemtrionali; 100 flr. V. A. pro societate S. Bonifacii, 50 flr. V. A. pro societate S. Severini de Datto Vindobonae 29. Maji 1875. N. 3013. Num Cons. 1949. ex 1875.

2do. A generali Procuratore societatis piae Immaculatae conceptionis B. M. V. ad sublevandos Catholicos in Turcia et Oriente, super 500 flr. V. A. de datto Vindobonae 28. Maji 1875. et 3. Junii 1875. N. C. 1959. et N. 2074. ex 1875.

3to. A consociatione B. V. M. fine promovendarum missionum sacrarum in Africa centrali, super receptis 200 flr. V. A. de datto Vindobonae 29. Maji 1875. N. C. 2002. ex 1875.

4to. A consociatione Infantiae Jesu super 200 flr. V. A. de datto Vindobonae 3 Junii 1875. N. 271. N. C. 2073. ex 1975.

5to. A Commisariatu generali pro Terra sancta super 150 flr. V. A. de datto Vindobonae 31. Maji 1875. ex N. 1738. N. C. 2075. ex 1875.

Pro his omnibus eleemosynis respectivi gratum animum Venerabili Clero significant et ulterioribus favoribus et benevolentiae sese commendant.

E Consistorio Episcopali.
Tarnoviae die 10. Junii 1875:

Nr. 2054.

Polecenie dziełka o muzyce i śpiewie kościelnym Alojzego Skoczka.

P. Alojzy Skoczek piérwszy nauczyciel w domu karnym we Lwowie, autor różnych dziełek o szkole ludowéj i śpiewie z organem przy mszy św. zamyśla wydać drukiem dziełko o muzyce i śpiewie kościelnym. Ażeby zapewnić sobie koszta druku udał się do Nas o polecenie go Wielebnemu Duchowieństwu i zachęcenie do najliczniejszéj prenumeraty. Czynimy to tém chętniéj, że dziełko ma być ułożone w duchu katolickim, a kosztować będzie 1 złr. w. a. — Prenumerować można kartą korespondencyjną wprost do Autora przesłać się mającą. Po wydrukowaniu, Autor dziełko prześle Prenumeratorom za zaliczką pocztową.

Z Biskupiego Konzystorza.
W Tarnowie dnia 10. czerwca 1875.

Nr. 2171.

Religiosus Casimirus Mikulski Ordinis P. P. Bernardinorum suspenditur a sacris.

E relatione Patris Provincialis Ordinis Minorum S. Francisci vulgo Bernardinorum de datto Leopoli 1. Junii 1875. Nr. 78 tristem hausimus notitiam, Religiosum Casimirum Mikulski Presbyterum Ordinis PP. Bernardinorum concionatorem et Capellanum iu domo incarceratorum Cracoviae, die 7. Maji claustrum Cracoviense deseruisse. Cum id absque licentia imo absque scitu Superiorum suorum fecerit, poenam Suspensionis a Sacris incurrit, de quo venerabilis Clerus Dioecesanus informatur cum provocatione ut non tantum illum, si in Dioecesi compareret, a Sacris arceat, verum etiam locum commorationis ejus Nobis notificet. In memoriam insuper revocamus, Religiosum habitum suum temere dimittentem contrahere casum Summo Pontifici reservatum, vide Curr. VII. ex 1858.

E Consistorio Episcopali.
Tarnoviae die 10. Junii 1875.

Nr. 2278.

Utworzenie Komitetu d a odnawiania starożytnycb obrazów.

Pod dniem 2. czerwca 1875. l. 23321. odebraliśmy z c. k. Namiestnictwa następujące uwiadomienie:

Uwzględniając przedstawienie centralnéj Wiedeńskiéj komisyi, dla zachowania pomników dziejowych i zabytków sztuki, przyzwolił J. E. Pan Minister Wyznań i Oświecenia, by zawiązanym został osobny komitet z cztérech członków pomienionéj komisyi z przybraniem według potrzeby także ludzi fachowych z poza obrębu komisyi, którego zadaniem będzie w każdym pojedynczym wypadku na podstawie szczegółowéj instrukcyi zarządzić i nadzorować *odnawianie obrazów starożytnych,* o ile przedmioty te wchodzą w zakres rzeczonéj komisyi centralnéj.

Zawiadamiam o tém Przewieleb. Konsystorz w skutek polecenia W. Ministerstwa Oświecenia z dnia 3. m. l. 6061. z wezwaniem względem stósownego rozpowszechnienia wiadomości o powyższém zarządzeniu pomiędzy prałatami i przełożonymi kościołów, — tudzież względem zaproszenia tych osób ażeby w wypadkach odnowienia rzeczonych obrazów udawały się o radę do centralnej komisyi.

Lwów dnia 2. czerwca 1875.

W zastępstwie *Karasiński.*

O tem uwiadamiamy Wielebne Duchowieństwo z wezwaniem, by w razie odnawiania obrazów starożytnych udawało się do centralnéj komisyi we Wiedniu.

Z Biskupiego Konzystorza.

W Tarnowie dnia 15. czerwca 1875.

Nr. 2304.

Piis ad aram suffragiis commandatur anima **Michaelis Mieszczak** Parochi in Kamionka, qui die 11. Junii 1875. provisus sacramentis moribundorum, anno aetatis suae 72. sacerdotii vero 44 placide in Domino obdormivit.

E Consistorio Episcopali, Tarnoviae die 30. Junii 1875.

Nr. 2391.

Anima p. d. Illmi ac Rmi Gregorii Michaelis Szymonowicz Archiepiscopi piis ad aram suffragiis commendatur.

Illustrissimus a Reverendissimus Dominus Gregorius Michael **Szymonowicz,** archiepiscopus Leopoliensis ritus armenici. expletis 76 vitae annis — in Sacerdotio 51 — in dignitate archiepiscopali 17 — moribundorum Sacramentis provisus die 14 Junii h. a. Leopoli obiit.

Animam hujus Ecclesiae Principis memoriae superviventium ad aram Domini perimpense commendamus.

E Consistorio Episcopali, Tarnoviae die 18. Junii 1875.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 30. Junii 1875.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1875. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.